



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Conso||latione Ivsto-|||rvm**

**Hillesheim, Ludwig**

**Coloniae, 1572**

**VD16 H 3678**

Bonitatis diuinæ amplior testificatio, eiusque confirmatio ex hominis initijs  
& progressu. Capvt VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

temporum spatijs mirabiliter gubernantur. Omnia sunt in Deo summa, inque administratione universi admiranda, sed nos nostris verbis vtimur ad ea ut cunque eloquenda, que omnem orationem vincunt, & quorum rationem animus noster plene intueri non potest. Tantum autem 1. Corin. 13. lucis homini diuinus est datum, quantum necesse est, ut ei ad veniam aditus, & ad salutem reditus esse possit. Etsi ergo illerex ac vates diuinus, difficiliorum esse cognitionem celestium rerum, quam ut Psalm. 139. ipse adsequi, sublimiorum quam ad ea pertingere posse adseueret, tamen cum se animus ad coelum attollit, incredibilis fulgor exoritur, quo mentes illuminantur, omnium caducarum rerum sollicitudines pelluntur, & verae consolationis sensu piae mentes implentur.

Bonitatis diuinæ amplior testificatio, eiusque confirmatio ex hominis initijs et progressu.

### CAPVT VII.

Itaque

**I**Taque ex ijs quæ commemorata sum certa fide cōstat, id quod ne impū quidem, si aliqua conscientijs eorum adfatur vis, negare possunt, DE VM omnis boni, nullius mali autorem esse. Bonitas enim in illa præstanti natura summa est, quæ in immensum excellit omnia, quæ super infraquæ nos sunt: vniuersæ viæ domini misericordia sunt & veritas, gloria eius super cœlum & terram est, ad quam prædicādam, nihil est in vniuerso tam humile, tamquæ excelsum, quod non vires summas suas, debeat adferre: ut & res inanimatæ, & omnis spiritus laudet Dominum, & benedicat nominis sancto eius in seculum, & in seculum seculi. In quo autem? Si virtutem terribilium operum ipsi us dicant, si magnitudinem memorent, si memoriam abundantia bonitatis eius enuncient, si iustitiam eius prædicēt, quod clemens & miserator Dominus, quod patiens & multum misericors, quod bonus Dominus vniuersis, & miserationes eius super

Psal. 150.

Psal. 145.

super omnia opera eius. In horum ergo cœ-  
lebratione si laus est Dei, contumelia eius  
in eo erit, si minus beneficis dicatur: n̄  
bilis est ab illa optima natura remotus aut  
magis alienum, nihil tam ei proprium,  
quam fœlicitatem suam longè lateque dif-  
fundere, & de his, quæ procreata sunt be-  
nè mereri. Si autem id quod dederat D E-  
V S, ademit ipsius hominis peccatum, quod  
ex eo omnia perierunt, eius culpa est: quod  
ad eum seruandum iterum se conuertit  
D E V S, bonitas Dei. Itaque & vis om-  
nia diuina ad benè merendum de bonis cō-  
parata est, & cūm omnia ab fonte boni or-  
tum ducant, desinere ea in optimum finē  
est necesse: non ergo voluit mala, non fe-  
cit, non ut existerent iussit, homo ipse irre-  
tiuit se illis, & cognita imis sensibus incō-  
moda sunt: ô noxiā cupiditatem scien-  
tia, cuius ei spem aduersarij malevolentia  
fouet, quod autem viuit, nec plane est con-  
fectus, totum hoc Dei est, qui eum benefi-  
centia sua atque cura tuendum suscepit.

nec

42 DE CONSOL. IVSTOR.  
nec misericordiam ab eo suam vnquam  
auertit.

Necessariam atque utilem ho-  
mini malorum irrogationem,  
diaboli etiam violentiam esse,  
deque Dei in his moderandis  
summa ac diuina cura.

CAPVT VIII.

**A**d hanc tantam lucem impy clau-  
dunt oculos, & quoniam aduersus  
DEV M peccant, vt cæci ambu-  
lant, nec rationem eorum, qua cœlitus ad-  
ministratur ac fiūt, cōscelerata consciētia  
admittunt. Eisi enim omnia ordine occul-  
to siant, tamen ad eum considerandū, De-  
us nos mente ceu manu dicit. Tanta est a-  
nimi labes ex illa auita noxa, vt magna  
propensione in omne peccatum feratur, ad  
quam coercendam, nullus rigor, nulla se-  
uera animaduersio satis valet, nec repre-  
nari eius violentia potest. Quod si ille  
liber malorum ac solutus esset, nullis nexi  
bus vinculis q̄, constringeretur, in qua dā